UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi Professoris Regii Erotemata Juris Canonici

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

VI. Vt lite non contestata non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam definitivam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62934

Visual Library

iudicet quod ſibi æquum videbitu

Quis eſt effectus litis conteſtationis?

Inter alios plures eſt & iſte, quòd li tem conteſtando Reus excludatur a omnibus ſuis exceptionibus dilatoriȷ quibus hoc modo intelligitur renunc aſſe : & quòd in perſequendo Actor conditionem ſuam faciat meliorem p litis conteſtationem; Rei vero condi tio litis conteſtatione fiat deterior.

l.19.C. de prob. & c.20. inf. de ſent. & re jud l. 27. & 36 De R.I.

Ut lite non conteſtata non proce datur ad teſtium receptionem vel ad ſententiam definitivam.

TIT. VI.

Cur lite non conteſtata procedi ad teſtium receptionem vel ſententiam non poteſt?

QUin lite nondum conteſtata nihil adhuc extat in iudicio, ſuper qu teſtes produci poſſint; nihil adhuc pet tum, de quo ſententia ferri. Neq; enim ante litem conteſtatam dici poteſt eſſ

cœpta

cœpta lis, nec Actor quicquam petiiſſe, ſed rentùm petere voluiſſe.

l. 1. C. de iud. & l. Amplius 15. D. ratam rem hab.

Quid ſi Reus citatus tertio, vel ſemel peremptoriè, non compareat, atque ita impediatur conteſtatio?

Nec eo caſu recipi teſtes poterunt; ſed Reus habebitur pro contumace, Actorque mittetur in bonorum poſſeſſionem rerum petitarum, cuſtodiæ cauſa, ut hoc modo cogatur tandem Reus comparere in iudicio ac reſpondere, litemque conteſtari.

Suntne caſus, quibus circa litis conteſtationem recipi teſtes poſſunt?

Sunt; veluti primò in cauſa matrimonii ſive ſpiritualis (quale eſt inter Prælatum & Eccleſiam) ſive carnalis, an illud valeat, vel non, & Reus per contumaciam abſit, recipi teſtes poſſunt, dum periculum eſt in mora: veluti in electione Prælati confirmanda, ne Eccleſia deſtituta Paſtore detrimentum patiatur; & in cauſa matrimonii, ne coniugum alter vota ſua diutiùs eludi patiatur, vel alterutri detur occaſio fornicationis.

c. 3. & c. ult. in fine h. t.

l. 2. C de ſponſal. c. ult. §. porro h. t. d. c. ult. § ſunt & alij.

II. Quando agitur per viam inquiſitionis.

III. Quando teſtes petuntur audi ad perpetuam rei memoriam, veluti teſtes ſint valetudinarii, ſi ſenes, ſi pere grini, ne ob mortem vel abſentiam te ſtium poſt litem conteſtatam verita poſſit elici. Id quod hodie fieri ſolet re ſcripto impetrato à Principe.

c. Cum olim 34. inf. de teſtib.

De Iuramento calumniæ.

TIT. VII.

Lite conteſtatâ, ne vel Actor vexand tantùm causâ, vel Reus tantùm di ferendæ ſolutionis gratiâ, litem in ſtituere fovereque videantur, ſucce dit juramentum calumniæ utrimq præſtandum.

Quis dicitur Calumniari?

l. 1. D. ad S.C. Turpill.

QVi ſciens & prudens vel falſum de fendit, vel verum oppugnat, & tergiverſatur.

Quid igitur eſt Iuramentum Calumniæ?

c. 5. & c. ult. h. t.

Eſt juramentum a litigantibus et iam Clericis, ſi cauſam propriam agant, ſuper lite bona fide ſusceptâ præſtan dum.

Qua